

und am Ende des Quaternio unter die folgenden Worte des nächsten, z. B. *Luçius primus* *b b b b* (das *c* vor *e* und *i* jedes-

mal *ç* geschrieben, um die Aussprache zu bezeichnen).

f. 1 'Cronica Romana composita manu magistri Johannis de Deo Yspani, ex multis cronicis et potissime de cronica Romana composita ab episcopo Cremonensi' (d. i. Sicardus).

'Principio nostro sit praesens virgo Maria. Hec est cronica Romana composita ad honorem summe Trinitatis per manus magistri Johannis de Deo, Yspani, ex multis cronicis et potissime de cronica Romana composita ab episcopo Cremonensi; in ea enim succumbat falsitas et elucescat veritas. Quatuor preter formam cronicæ usualis continet in se ipsa. Primo omnes provincias et omnes distinctos episcopos, et quis cui subjaceat declaratur. Secundum est canonum concordancia (fol. 1') collatione temporum approbata. Tercium scire, quod unusquisque pontificum suo tempore fecit vel etiam ordinavit. Quartum qualiter decus ecclesie inter turbines subcreverit et procellas, sine cujus noticia nemo perfecte poterit canonum dissonancia concordare.

Jhesus Christus filius Dei vivi in anno quadragesimo secundo imperii Octaviani Augusti, qui imperavit annis quinquaginta sex, in Bethleem Jude ex Maria virgine natus est' etc.

Die Erzählung schliesst f. 46':

'Celestinus tercius natione Romanus cepit anno Domini 1190, sedit annis novem. Tusculanam civitatem ab imperatore recepit et Romanis dedit, qui eam destruxerunt et multos excaverunt. Sub quo rex Anglie et Francie iverunt ultra mare et partem Terre Sancte liberaverunt, et liberassent totam, si pax fuisset inter eos. Tunc temporis fuit abbas Joachim, qui spiritum prophetandi habuit. Qui librum de Trinitate composuit, et misit eum Romam emendandum. Et licet male sensisset, tamen dampnatus non fuit, neç eius monasterium. Set tamen liber per Innocencium tercium in concilio generali dampnatus est. Extra. Eodem. Dampnamus.

Innocencius tercius cepit anno Domini 1198, sedit annis decem novem. Iste fuit vir probus et fortis, dicens se habere utrumque gladium, scilicet temporalem et spirituale. Et deffendit Ffredericum puerum regem Apulie et Sicilie. Primo consecravat Octonem, et eum postea deposuit propter ejus maliciam et superbiam, et Ffredericum pupillum imperatorem fecit, quem filium nominavit ecclesie. Et Grecos subjugavit cum Constantinopolitana ecclesia. Et hereses et hereticos destruxit cum Hugone abbate Cistrense et in hominibus cruce signatis in auxilio regi Ffrancie, comitis Montis-fortis. Eo tempore bellum magnum factum est in Spania quando aput Muradal. Imperator Sarracenorum devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle,